



A 231  
7

Hist:  
III. C. 8.

*J.* 18  
Q. D. B. V.

EXERCITATIO PHILOGICO - THEOLOGICA  
DE EO

NVM SOLLEMNIS EXPIATIONVM  
DIES SVB TEMPLO II. FVERIT  
CELEBRATVS?

*QVA*

AD PVBLICVM INAVGVRATIONIS ACTVM  
*IN*

ILLVSTR. GYMNAS. REG. REFORMAT. AUDITORIO  
PVBLICO

SOLLEMNI ORATIONE

*AD D. XVI. JVLII AB HOR. X. MATVT.*  
CELEBRANDVM

OPTIMARVM LITTERARVM OMNIS ORDINIS AC  
DIGNITATVM FAVTORES

HUMANISSIME INVITAT

JOANNES GEORGIVS MICHAELIS

S. THEOL. PROF. PVBL ORD. ET ILLVSTR. GYMNAS.  
EPHORVS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE

TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPOGR.

EXTRICATIO ANTOLOGICO-THEOLOGICA  
G.D.B.A.  
23 30

NA SOLLEMIS EXPATIATIONIS  
DIES SANCTI MIRIO ET FESTIVITATIS  
CELESTRIAS!

AD TALITACUM MAYORUM HABITATIONES VENIA

COMITIA PONTIFICIA TANDEM VADITIONE

CELESTE

SOLLEMNIS ORATIONE

ET TUTA VITA ET HOC X MILENA

CELESTE

CHIARAVVU INTERVALLA OMNES ORDINES VO

DIGNITATUM TUTORER

HONORIBUS VIRTUTIBUS

JOANNES GEORGII MICHAELIS

ET HONORIS TUTA VITA ET HABITAT CVM VITIS

ET HONOR

MIHAIL MICHAILOVICUS

ET IOANNES CHRISTIANI HILTONI, VODP. TUTOR



EXERCITATIO PHILOLOGICO - THEOLOGICA

DE EO

NVM SOLLEMNIS EXPIATIO-  
NUM DIES SVB TEMPLO II. FVERIT  
CELEBRATVS ?

§. I.

**V**bi argumentum de *celebratione festivitatis anni- Proemium.*  
*versariae piacularis sub templo II. in medium*  
*adducimus, animo facile prospicimus, non de-*  
*futuros, qui nos inconsultae postulent impru-*  
*dentiae, laboremque nostrum superuacuum*  
*pronuntient: cum non facile aliquis dubiter,*  
*vna cum reliquis festis diebus, etiam hunc ipsum*  
*apud Iudeos, quoad templum posterius stetit, ob-*  
*tinuisse. Forstas & ipsi ita iudicaremus, nisi con-*  
*starer, non insiniae caueae theologum contrarium pronuncia-*  
*re, nullum dubitassemus. Est is celebris Galliae theologus, erudi-*  
*tione & meritis in ecclesiam priorem insignis, PETRVS*  
*MOLINAEVS, qui sibi persuadere non potuit, solemnitatem*  
*hanc toto illo tempore, quo templum serubabelicum in flo-*  
*re fuit, vsu viguisse. Sed audiamus ipsum! Verba, quae hue*

A 2

Spectant,

spectant, habentur in elegantissimo eius libello, qui *vates* inscribitur, L. I. c. 25. p. m. 75. *festum Kippurim, seu purificationum, quo sacerdos adparebat coram arca, non est CREDIBILE post redditum ex captiuitate babylonica OBSERVATVM FVISSE.* Et ne quis existimet, haec ipsi, rem non satis penitanti, excidisse, (cum ex facili euenire possit, vt aliqui in longa ac intensiori meditatione somnus quasi aliquis obrepatur, & acies ingenii ac iudicij hebetetur,) rationem huius sui effati subiungit, *quandoquidem nulla tunc arca erat.* Solemnitates quidem huius diei multi multa doctrina ac diligentia ex lege Mosis ac magistrorum *deutero-* declarauerunt, ex illis tamen nemo mihi adhuc occurrit, qui ex instituto inquisuerit, num dies hic, quamdiu templum secundum perdurauit, sacra festiuitate fuerit agitatus? Faciemus igitur haec nostra commentatiuncula, vt adpareat, potiores esse rationes illorum, qui affirmant, quam *Molnai*, qui negat, offensuri, sententiam hanc nec locum habere posse, nec, quam adferrationem, illam peruincent. Quare in medium producemos, (1) sententias illorum, qui sibi indicia celebrati festi huius diei in nonnullis N. T. locis inueniente sunt visi, (2) argumenta expromenus, quibus euinci potest, hunc diem Iudaeis ad excidium usque urbis atque templi per Romanos sacram fuisse, (3) demonstrabimus, licet area foederis a templo secundo abfuerit, his tamen piacularibus sacris vacare potuisse.

I. *Disquiritur, num in quibusdam euangelistarum locis ad diem hunc respiciatur.*  
Et quidem (ex) Luc. I. 9.

## §. II.

*Primum* quod attinet, ex patribus sibi non nulli persuaserunt, quos, quod mirandum, fecerunt est ERASMVS, ZACHARIAM, Ioannis baptistae parentem, pontificem maximum fuisse, & suffitum, quem in templo adoleuisse dicitur Luc. I. 9. non fuisse suffitum quotidianum, sed annum, quem sacerdos maximus, quouis anno die expiationis festo, in sacratissimo templi loco succendere tenebatur. Quae sententia si vera esset, haberemus testimonium certum atque indubium festi huius ante auspicia N. T. adhuc durantis. Sed vero in hac ipsa hi-

historia tot sunt indicia, Zachariam non fuisse summum sacerdotem, nec illius vicarium, sed gregarium, ut mirum sit, in hanc sententiam quemquam eruditorum descendere poruisse. Auctores, qui illam refutarunt, nominat WOLFIVS ad h. l. quibus addimus ABR. SCVLTETVM exerc. euangel. I. I. c. 6. 7. Nostrum non est repetere ea, quae a viris illis doctis, speciatim WITSIO Miscell. sacr. T. II. p. 474. seqq. sunt obseruata, id tantum addemus, quod ab illis non aeque dilucide est explanatum. Dicitur *νάρα το ἐφ θηρίου λεπτειας ἔλα-*  
*χε το δυματος*, v. 9. quae SYRVS indeterminate conuertit, secundum confuetudinem *sacerdotii peruenit ad ipsum, ut pararet suffitum*: ex quibus verbis cognoscere non possumus, num ministerium illud temporarium fuerit, & qua via ad ipsum fuerit delatum? Verba rectius ita redduntur, *secundum confue-*  
*tudinem sacerdotii sortito ipsi obtigit suffitum*, munus aromata sa-  
cra accendendi. Sacerdotum in quaque classe, & ministeriorum,  
quois die obeundorum, multitudo in causa fuit, ut  
viam *sortitionis* elegerint, IOMA c. II. §. 1. 2. MAIMONI-  
DES de sacrif. iug. c. IV. §. 1. seqq. cuius ratio exponitur TA-  
MID c. III. §. 1. ad quem videri potest erudit. IKENIVS,  
conf. MAVRITIVS de sortitione veterum c. XXIV. p. 310.  
seqq. Speciatim sortitio circa suffitum negotium instituenda  
erat, quoniam peculiarem aliquem dei fauorem illi adligatum  
existimabant, quo igitur illius singuli compotes euaderent;  
non solum per sortium praefectum semper *noui*, qui mini-  
sterio hoc nondum functi erant, euocabantur: verum etiam,  
quoniam bis per diem mane & vesperi sacrum hoc parabatur,  
qui mane adoleuerant, non ius habebant suffitum faciendi  
tempore vespertino: sortitio igitur repetebatur. Verum  
quotiam argumentum hoc occupauit in pecul. exercitat. *de sa-*  
*cerdote ex suffitum ministerio non duite*, quae habetur in *obser-*  
*uationibus meis sacris*, Trai. ad Rhenum a. 1738. 8. litterarum  
formis exscriptis, nolo actum agere. Sed enim sacerdos  
maximus erat solus, nec vlo reipubl. iudaicae tempore plus  
res vno hac dignitate sunt functi: sortitione igitur opus non

erat. Hoc ipsum usum obtinuisse, docet MAIMONIDES de adparat templi c. V. §. 12. suffitum, inquit, quo die cumque libuisset, adolebat (facerdos maximus) - nec, ut sacrif operaretur, sortendum ipse erat: sed cum placitum erat, quam vellet, rem diuinam faciebat. Verba repetimus ex interpretatione latina LVD. COMPIEGNE de VÉIL, ebraica producit IKE-NIVS ad Tamid p. 111. Et quod cum maxime est notandum, sanctitas diei piacularis tanta erat, ut omnia illius munia, nisi vel imbecillitate, vel immundicie impediretur, solus facerdos maximus obire teneretur. Secundum legem diuinam Aharoni, sacerdotum principi, hoc iniunctum era Exod. XXX. 10. Leu. XVI. 2. 12. seqq. adeoque idem eius in summo hoc munere successoribus comperebat, quare MAIMONIDES de solemnis die expiat c. II. §. I. adfirmat, cuncta sacrificia quotidiana & extraordinaria die illo faciebat summus sacerdos vestibus aureis. Consulatur CVNAEVS de republ. ebr. L II. c. 6. DAN-ZIVS, de functione pontifici maximi in adyto annuers c. I. §. 2. Quodsi igitur hoc die solus pontifex sacrificis est operatus, nec vello tempore ad sortitionem fuit obligatus, nec obligari potuit, Zacharias autem per sortem suffendi munus est natus: indubia consecutionis lege sequitur, ipsum nec pontificem fuisse, nec suffitum, quo de in praesenti est sermo, in adyto, verum in sancto adoleuisse, & per consequens, argumentum pro sacrificiis expiatoriis, hoc temporis intercallo celebratis, negti nequit.

## §. III.

(B) Ex Io.  
c. I. 29.

Verba Ioannis baptistae Ioh. I 29. Ἰδε ὁ ἀπόστολος τον ἄμαρτιν την κούρη, circa diem expiationis, cum Iesum ad se accedentem conspicaretur, prolata fuisse, sententia est cel. le MOYNE var. sacr. T. II. p. 481. 482. quam repeatit in dissert. ad Ierem. XXIII. 6. p. 196-205. ad quem concelebrandum cum ingens Iudeorum turba, quo solennitate tabernaculorum, quae non longe aberat, interessent, concurisset, ipsos ab hirco isto typico, in solitudinem demitendo,

do, animis suis auocare, ipsorumque cogitationes ad Christum, verum antitypum, qui, qua sponsor, peccata nostra in se suscepit, eademque ipsa, expiatione facta, abstulit, convertisse. Quam opinionem vener. DE YLINGIUS obseru. sacr. P. III. p. 333. adpellar *elegans*. Sed ex his, quae locum nostrum antecedunt & sequuntur, non adparer, ob instans expiationum festum verba haec a Ioanne pronunciata fuisse. Si ex nexus quis iudicare velit, deberet potius dicere, baptistam in oculis habuisse agnos paschales, qui vicem verorum sacrificiorum sustinuerunt, dicitur enim c. II. 13. festum paschalem diem non longe inde abfuisse, in quos digitum intendisse suum Ioannem, dexterius oraculorum diuinorum interpres, COCCEIUS, pertendit, op. anecdote. T. II. p. 457. Adhaec subiecta non manent eadem. Hircus *αποπομπας* convertitur cum agno, needum ad liquidum est perduelut, hircum, in terram desertam abducendum, sistere representationem Christi, peccatis nostris onusti, eademque bairulantis. Existimauerim igitur, Ioannis scopum esse, primarium Christi officium indicare, qui peccata populi sui tanquam sponsor ac liberator perfectissima obedientia sua sustulit & expiauit. In hoc declarando conuenienter veritati, in ecclesia manifestata, loqui debebat, cum typis autem ita comparatum est, ut veritatem cognitam supponant, quam in effigie quasi quadam oculis atque animis subiiciant eandemque obsignent. His praenotatis, me quidem iudice, primum in oculis habuit insigne illud de Messia vaticinium, quod Iesaias c. LIII. 4-6. perscriptum reliquit. Quae veritas quoniam tot agnorum atque oviuum victimis, durante O. V. fuit repetita & obsignata simul ad agnos, olim maestatos, baptistam respexisse iudicamus. Laetamur in eundem modum cogitationes suas digessisse cel. VITRINGAM comm. in apocal. c. V. 6. p. 275. 276. qui tamen ante de agnis in sacrificium iuge, quotidie mane & vesperi, maestatis, exposuerat, obseru. sacr. L. II. c. 13. §. 5. p. 457. Sed vero & sic nobis

argu-

8 Exercitatio Philologico - Theologica

argumentum decedit , expiationum festum sub templo II.  
celebratum esse.

§. IV.

(y) Ex Io.  
V. i.

Ad illum igitur pedem promoueamus locum oportet,  
qui cuidam visus est hanc stabilire sententiam. Habetur is  
Io. V. i. vbi per ἐορτὴν τὸν Ιερούλων HARDVINVS com-  
ment. in N. T. vid. act. erud. lisp. nou. m. Mart. a. 1743. P.  
I. p. 107. festum expiationum vult intellectum. Quoniam  
Ioannes minus determinate loquitur, cum Iudei plures vno  
die festo celebrauerint, de alia itemque alia festiuitate cogi-  
tarunt interpres, vt non facile aliqua illis sacra fuerit,  
quam non hic sibi inuenisse sint visi. De festo *pascatis* ex  
antiquioribus exposuerunt IRENAEVS, ex recentioribus  
BEZA, CHEMNITIVS, RICH. MONTACV-  
TIVS, LIGHTFOOTVS, GE. CALIXTVS harm.  
euang. L. III. c. I. p. 117. CORN. a LAPIDE, alii, de festo  
*pentecostes* post CHRYSOSTOMVM cogitauit CALVINVS,  
de festo *tabernaculorum* IO. CHRIST. HARENBERGIVS bibl.  
brem. cl. VII. fasc. I. p. 90-93. IO. IACOBVS CRAMERVS  
in cod. sueca p. 426-429. Festum *purim*, & quidem minus,  
quod in diem XV. mensis Adar incidebat, in oculis habuisse,  
iudicat doct. LAMIVS, quod vt pote *obscarius* non nominaverit euangelista. Sententiam iphus cum rationibus suis de-  
clarat DOVTREINVIS bibl. brem. cl. I. fasc. 5. p. 609-611.  
eui & ipse album adiecere calculum, non veretur, quandiu  
aliquid probabilius a nemine fuerit producendum. In tanto  
sententiarum diuortio quid statuendum sit, indicatu est diffi-  
cile, cum in iis, quæ antecedunt & sequuntur, non chara-  
cteres certi adpareant, ex quibus intelligere queamus, quae  
sigillatim ex festiuitatibus iudaicis sit intelligenda. Diuersa  
verborum, ὅτι τετραγύνεται, καὶ ὅτι Θερμός ἐχεται c. IV.  
p. 35. acceptio, itemque vox ἐορτην c. V. p. 1. multum ad hanc  
vel illam sententiam adoptrandam contulit. Ponunt, tempore  
hiberno verba illa Christum prolocutum fuisse, a cuius lapsu  
qua-

quatuor menses putantes, in festum paschatis incidunt, et  
tum illa *μετα ταυτα* sensu strictiori accipiunt, quod sc. fe-  
stum hoc memoratum statim, periodo ita elapsa, agitari fue-  
rit caeptum, a secundo enim paschatis die initium messis hor-  
deaceae ducebatur. Addunt, pascha præcipuum festorum  
omnium iudaicorum fuisse, a quo reliqua numerari sint caepita,  
& hinc ἑορτη nomine *νεαντέξων* venire posse. Qui pro pen-  
tecostes festo militant, illi messiem triticeam in animo habent,  
& tum tempus illud quadrimestre aliquantulum promovere  
debet. Qui de festo *expiationum ac tabernaculorum* sermo-  
nem esse coniectant, illi verba Christi, ὅτι τετρακοπον ἐστι,  
proverbialiter accipiunt, non de definito quatuor mensium  
ambitu, sed longiori aliquo spatio, nec verba *μετα ταυτα* ita  
strictè sumunt. Id præterea pro festo tabernaculorum adle-  
gatur; solemnitatem hanc ob insignem laetitiam, quam illud  
celebrantes fuerint testati, nomine *πεντηκοντα*, et apud scriptores  
sacros, & talmudicos venire, & propterea hic nomine ἑορτης  
speciatim indigitari posse. Prior ratio etiam in praesidium  
sententiae Harduinianae adduci posset, festum quippe expia-  
tionis per quinque tantum dies tabernaculorum festinuitatem  
anteuerterebat. Verum ubi Christus dicitur *ascendisse ad fe-*  
*stum Hierosolyma* Io. V. I. manifeste adpareret, festum aliquod  
intelligendum esse, quo Iudei vi legis mozaicae Hierosolymis  
comparere, ac sacris litare obligati erant. Sed erant illa  
festum paschatis, pentecostes & tabernaculorum, quibus, si  
non omnibus, illorum saltem aliquo, maxime qui ab urbe  
longius aberant, præsentes se fistere debebant. Hinc Io. XL.  
55. magnam populi turbam Hierosolyma commigrasse legi-  
mus. Christus ad festum tabernaculorum contendit Io. VII.  
IO. coll. v. 2. Hi dies festi dicebantur *mores*, quibus doctores  
mischinici expiationis festinuitatem non accenserent, sed ab illis  
distinguebant, IOMA c. I. §. 8.

§. V.

Quando igitur in his locis nihil certi pro celebratione *II. Proferun-*  
*diei expiationum sub templo II.* inuenimus, certiora arguitur *suspicio-*  
*B menta nes, festum*

bunc diem menta circumspiciamus oportet. Ut iustum ordinem sequamur, præmittemus ea, quae suspicionem mouent, subiecturi sub secundo ex fide dignis monumentis historicis ea, quae causam nostram templo cele extra dubium ponunt. Suspicionem mouent verba Mosis bratum su Leu: XVI. 29. וְהִתְהַלֵּךְ תְּמִימָן כִּי־סִירְבָּסִים in statutum perpetuum. quae verba repetuntur v. 31. 34. Dubium vix est, quin legislator de toto ministerio, quo sacerdos summus hoc die fungebatur, loquatur, item omnibus institutis, quibus Israelitas obsecundare debebant, quamdiu terram suam colebant, interque illos tabernaculum primum, inde templum excitatum erat. De his pronuntiat, debere perpetuae durationis esse, quamdiu sc. munia sacra in domo dei peragi possent. AB ARBANEL propterea distinctionem facit inter ea, quae in tabernaculo & templo peragi debebant, & ea, quae ab Israëlite omni postulabantur, ad quae tribules suos adhuc hodie vult obstricet, sc. afflictionem animae (ieiunium & abstinentiam ab omni, quod voluntatem externam procurare potest) & cessationem ab omni opere externo. Quando porro ab huius diei iusta celebratione peccatorum expiationem suspendebant, & per fidem in futurum Messiam consequebantur, dubium non est, quin per Esram & socios, qui cultum externum post redditum ex captivitate babylonica ordinauerunt, sollemnis huius diei iuxta Mosis constitutionem fuerit reuocata: quo de minus dubitare licet, clarum enim est & apertum, omnia reliqua festa a Mose praescripta, secundo templo stante, obtinuisse. Num igitur quis animum suum inducere potest, ut credat, voluisse festiuitatem omittere, a qua tamen ad vniuersum populum adeo insignem fructum redundare sibi firmiter persuadebant? Hunc diem festum tanti faciunt Iudei, ut dicere non vereantur, in diebus Messiae omnia festa esse abroganda, excepto die expiationum & festo purim. Verba in Vatischia rabba, excitate ALTINGIO de schilo L. V. c. 19. p. 421. conf. GRABIVS spicil. patri Vol. I. p. 329. haec sunt כל הפסנויות בטלים חוץ טפוליים ויום הפסנויות omnia festa tessubim, excepto festo

*De eo num solemnis expiationum dies sub templo II.* II

*Festo purim & die expiationum.* Parum abest, quin mihi persuadet, esse fragmentum veterae patrum catecheses, & illo indicari non tam ipsum festum expiationis, quam expiationis per Christum praefitae fructum, commemorationem, celebracionem, obsignationem & applicationem per omnia tempora Messiae deraturam esse. Quodsi igitur Iudaci in ea persistenter sententia, festum hoc sub diebus Messiac reuocatum iri, estne credibile, illud, restauratis templi secundi sacris, praetermisum plane voluisse?

*§. VI.*

Adhac habemus in mischna codicem, cui titulus est *Probatus* ~~NDS~~, de die expiationis, in quo filio admodum luculentissimo porro, quae omnia officia, quibus sacerdos maximus est perfunditus, sunt niam in exposta, item quibus populus vacauit, ut veram resipiscienti cod. *LOMA* am testaretur, sieque de remissione peccatorum suorum certissima mutus fieret. Quodsi vero, quae in mischna declarantur, ex nia, hoc die testimoniis illorum, qui templum secundum suis lustraque ~~peragenda~~, runt oculis, & culrum externum vel ipsi administrarunt, vel ordine expos ab aliis peractum viderunt, relatione porro discipulorum nuntur. horum, scelus denique, ab antiquioribus reliquis, sunt conjecta, quod prae aliis demonstratum dederunt *ALTINGIVS* in *Schilo L. IV. c. IX. p. 241-243.* *VITRINGA* de templo *Ezechielis P. III. p. 64-71.* sequitur festum expiationis, cuius *Zeiregymas* mischnici in hoc libro exhibent, sub templo II. ad destructionem illius usque obtinuisse; alias ratio nulla dari potest, qui sollemnitatem eius adeo accurate describere potuerint. Addimus, vero esse proprius, propterea ritus omnes, quales, stante templo scrubabelico, in usu fuerunt, tanta follicitudine in unum coegisse volumen, quo, si quando futuris temporibus templum cum omnibus caerimoniarum adparatu restauretur, formulam haberent, ad quam sacra omnia externa componerent. Demonstratum id dedit *GVILIELMVS WOTTONVS* in *miscellaneis*,

quorum præcipua momenta exhibentur bibliothèque angloise T. IV. p. 376. sequentibus, docens, mischnam sistere veras iudeorum traditiones, qui, stante secundo templo, vixerint: probabile etiam esse, in illa haberet traditiones antiquiores iis, quae profectae sint a R. Lebuda sancto. Quare non omnino probare possumus verba viri doctiss. I. G. de Chaussepis diss. de supplicio crucis, repetita miscell. Duisburg. T. II. fasc. 3. p. 407. existimantis, quod illæ traditionum architecti, talem nobis reipublicæ & ecclesiae formam depinxerint, qualis ipsorum hypothesis sententiisque conueniebat, quamque, restituta aliquando per Messiam, ut sperant, republica, obtinere vellent. Mischnam ea fini compilasse, quo ad illius praescriptum templi cultus, restituendi olim, dirigeretur, haut inuiti largimur, sed vero, quae in illa traduntur, effecta esse, quo sic ipsorum opinionibus essent ademoda, dicere non audemus. Satis superstitionum & institutorum superuacaneorum sub ultimis temporibus inuectum erat, vt ab aliis comminiscendis facili opera abstinere potuerint. Sint etiam in mischna, speciatim codice *toma*, quaedam, quae non videntur ipso actu obtinuisse, sed a mischnicis doctoribus, quo praeconceptis opinionibus praefidio essent, commenta, quorundam iure referre possumus, quod de lingula coccinea aliquando albescente iactitant, inde tamen minus recte infertur, omnia pro cerebri fragmentis reputanda esse. Adhaec satis constat, acrem inter rabbanitas & Karaeos viguisse controuersiam, quorum hi contendebant, aromata accendi debere a pontifice ante, quam penetrale interius peruafisser, illi vero negabant, suffitum demum in prunas ardentes, in thuribulo contentas, immittendas esse seifcentes, vbi in conspectum Dei post velum comparuisset, Leu. XVI. 12-13. Cum autem in illorum sententiam ex ipsis summis sacerdotibus non nulli aliquando concederent, ne quid contra legis effatum committeretur, seniores synedrii, præfente sacerdotum, aetate venerabilium, concione, pontificem, sacra facturum, sacramenti religione obstrinxerunt, ne quid mutaret ex omnibus illis, quae ipse dicerent, IOMA c. I. 5. conf.

conf. TRIGLANDIVS de *secta karaeorum* p. 185. 186.  
edit. Wolfanae, & qui argumentum hoc ex instituto tracta-  
uit LEONHARD. HOFFMANNVS diss. de summo  
sacerdote ebraeorum ante diem expiationis adiurato, quae  
Ienae prodit a. 1734. Cum autem certum sit atque explora-  
ratum, diuortium istud Iudeorum doctores iam dum diui-  
sisse, quo tempore templi cultus perdurabat, indubium etiam  
sit, ipsos in externis quibusdam ritibus ab iniicem discessio-  
nem fecisse, præterea constantibus suffragis testentur, pon-  
tificem iurisurandi religione obligatum fuisse, ne quid con-  
tra legem mosaicam in suffitu negotio immutaret, prono-  
alueo fluit, expiationum festum sub templo secundo negle-  
ctum haur fuisse.

§. VII.

Sententiam nostram adhuc confirmauimus ratioinibus, ex *Prae iudicis*  
illis, quae certa ponuntur, ductis, sive causæ nostræ pre-  
succedunt*argumenta*  
iudicium aliquod praefiximus. Sed tota questio ver-  
titur circa rem facti, igitur ad illius certitudinem adstruen-  
dam testimonia fide digna requiruntur. Sed vero & illa *ex IOSE-*  
*nobis non desunt. Primum testem citabimus JOSE-*  
*PHO.*  
PHVM, sacerdotali proslapia oriundum, qui casum in rem  
nostram admodum opportunum vicituris communisit chartis.  
Verba eius haec sunt: ἐπὶ δὲ Μαρθίς τε ἱερωμένῃ, συμβα-  
σι καὶ ἑτεροῦ ἀρχιερέως κατατηνοῦ πρὸς μακρὰ ἡμέραν, ἦν Ιε-  
ράριον νησεῖαν αἴγαστην. αἵτινα δὲ ἐστιν ἡδὲ. Οὐ Μαρθίς ἱερωμένος  
ἐν γυναι τῇ Θερεσῃ ἐστιν ἡμέραν, ἡ δὲ νησεῖα ἐντατο, ἐδόξεν ἐν ὀνει-  
ρατι ἀμάλησα γνωστην, καὶ διὰ τοῦτο εἰς διαφέντης ἱερεργενιαν Ιωση-  
πος, οὐ τε ἐλληνις συνιεργατο ἀντρο, συγγενης ἀν, A. I. L. XVII.  
c. 8. Historia haec contiguit sub extremis Herodis magni  
temporibus, quam vt recte intelligamus, oportet praemone-  
re, de illo ieiunio hic esse sermonem, quod in diem expia-  
tionis sollemnis incidebat, quo nemo nisi P. M. sacra obire  
poterat, vt hinc, si ad sacra facienda ineptus esset, alias illi  
substitui debuerit. Illud in eo consistebat, vt ab omni cibo,

B 3 potu,

potu, & quae ad licitam voluptatem qualicunque modo faciebant, abstinere iuberentur, IOMA c. VIII. §. I. MALMONIDES de solenn. expiat. c. II. §. 1-7. qua de causa **וְאַתָּה בְּעִזָּה וְעַל-עֲצָמֶיךָ**, in bereschit rabba **שָׁמָא רְבָא** **טְהֻנָּם** **מָגָן** adpellatur, conf. B V X T O R F I V S lex.rabb. p.1898. RELANDVS antiqu. ebr. P. IV. c. 6. p. m. 6. Hoc die, quod modo monui, solus pontifex sacris litabat, et si quidem contingenter, ut propter imundiciem fortuitam ministerio suo defungi non posset, aliis iphi substituebatur, qui vicem eius subibat, *sagan* dictatus. De eo ita habemus in cod. IOMA c. I. §. I. שבעת ימים קודם יום הכהנים מפרישין כהן נדול מכחו לשלכת פלהדרין ומתקין לו כהן אחר הדתו טמא יארע בו פסול septem dies ante diem expiationis separant sacerdotem magnum a domo sua ad conclave parhedrorum, substituuntque illi sacerdotem alium, se qua pollutio iphi obtingat. Quando igitur nocte, quae diem expiationis antecedebat, Matthias videbatur sibi per quietem cum uxore confuscerere, sive impurus reddebaratur; Ellemus per illum diem vicariam iphi operam praestare tenebatur. Quae quoniam accuratissime conuenient cum iis, quae mischnici tradunt, dubium est nullum, quin per **טְהֻנָּם**, Iosepho memoratum, expiationum dies sit intelligendus. Eandem historiam referunt gemaristae: **בֵּן אַיִם** **שָׁאַרְעַךְ לְכֹה נְדֹול בֵּין הַכְּפּוֹרִים וְנְכָנֵס בֵּין אַיִלְתֵּה תְּהִתְיַ** **de filio illem ex urbe Sephora, qui, cum fluxus seminis sacerdoti maximo in die expiationis superuenisset, ingressus est, sc. sanctum sanctorum, et loco ipsius pontificatus est funeris.** Quae verba pariter excitat SELDENVS de successi in pontificatum Ebraeor. L. I. c. XI. p. m. 337. 338.

## §. VIII.

2) *Ex Mis-  
cbna.*

Exemplum non multum absimile exhibet R. Chis in aditamentis ad cod. de die expiat. c. III. §. 22. cuius verba ex versione doctiss. Vgolini repraesentabimus: *narratur historia de Simeone filio Kamith, qui egressus est, ut vespere cum rege collo-*

colloqueretur & spatum in vestes eius decidit, ingressus est eius frater & sanctus est sacerdotio magno eius loco. Sic eorum mater vidit duos sanctorum sacerdotes eodem die. In notis adiectionis ex talmude hierosolymitano horiach f. 47. rem ita proponit, hunc ipsum vesperi diei expiationum ambulasse cum rege, accidisse vero, ut vestes eius ab alio sputo polluerentur, ut ingredi non potuerit, sicque Iehuda frater ipsius munere hoc fungi necesse habuerit. Idem exprimit IO. HENRIC. OTTO in lexic. rabbin. ex aut R. Nathan f. 9. col. I. sed ille nominat R. Ismael, ben Camithi, atque huic inter consabundum cum duce quodam eueniisse perhibet, ut salvia eiusdem fuerit conspersus ac pollutus, adeo ut caufa impuritatis legalis ministerium suum obire non potuerit, sicut que frater vices ipsius subierit. Qui hic nominatur *Ismael ben Camithi*, idem est cum *Simeone ben Camith*, obscurante quippe SELDENO de successione in pontificis ebraeor p. 340. in nonnullis exemplaribus pro Simeone ben Camithi, legitur Ismael ben Camith. Quae relatio si vera est, habemus pontificem, habemus pontificis vicarium, denique ministerium solemnii expiationis die peragendum. Sed historiam hanc ubi cum constitutionibus iudaicis conservo, non unum mihi subvenitur dubium. Equidem quod de sputo polluente dicitur, cum canonibus iudaicis in concordiam facile mitti potest. Ita quippe in cod. c. VII. §. 1. decernunt *רְמֵה רְדָה* כבשך המת מטמאין להו ומטמאין בשים אבל הווב *רְמֵה רְדָה* והגיא והורוק - מטמאין להו ואין מטמאין יבשין *sanguis menstruus, et caro mortui polluant, humidi pariter ac secii: sed fluxus menstruus, & mucor (narium) et SPVTVM - polluant, ubi humida sunt, non polluant, ubi secca.* Cl. SVREN-HVSIVS, qui codicem hunc latine loquenter fecit, in sua versione verba *רְדָה רְדָה* reddit per *sputum tenuem et crassum*, secutus procul dubio BARTENORIVM, qui *רְדָה* interpretatur per *sputum tenuem,* *quod per commotionem exeat, rectius redditur per mucorem, qui natibus*

ribus effluit. Ex his igitur adpareret, sacerdotem maximum sputo pollui potuisse, sed si ipsum hoc relate ad tempus, quo pollutio contigisse fertur, reuocetur, graue relationi huic praeiudicium creatur. Septem dies ante expiationis festum, aedibus suis relicitis, in templum se recipiebat P. M. in eodemque, & quidem in conclavi parhedrin se detinebat, idque, patissimum ea de causa, ne qua re pollueretur. Liquet hoc ex illis, quae ex cod. Ioma c. I. §. 1. excitauiimus, conf. R. Chia c. I. §. III. Nec inde discedebat ante, domumque reuerrebatur, quam cum omnia diei huius sacra peracta essent. IOMA c. IV. §. 2. Cum igitur separationis huius a domo sua finis hic fuit, vt a pollutione praeservaretur, dubium est admodum, voluisse hunc hominem vel die, expiationis festum anteuentente, vel in die festo ipso templo exire, vel etiam hoc ipsi per sacerdotes, in quorum potestate tum erat, integrum fuisse. Omnis igitur historia haec mihi, conficta videtur, quo felicitas matris depraedicaretur, que vno die duos filios pontifices viderit, alium aetu, alium fratris vicarium, siue faganem. Quare ex hac historia directe demonstrare non licet, expiationis festum haec tempestate actum fuisse, indirecte hoc inde sequitur, quia fingere illam non potuissent, nisi sollemnitas huius diei illa aetate obtinuisset.

## §. IX.

*Alia in confirmationem prioris argumenti adducuntur.*

Dubius fere haereo, num proferam, quod impudentissimus scurra, qui librum sacerrimum, **תולדות ישע הנוצרי**, ab Huldrico latine conuersum & meritis castigationibus instrutum, conscribillavit, impie nugarur, *Mariam*, filiam *Kalpus*, oriundam ex tribu Beniaminis, nuptam *Papo*, ex aedibus matris Bethlehemum abductam, ab *Iosepho Pandera* nazarenio stupro compressam esse, **ביום צום כפור ipso die esfuriati**, *expiationi populi sacro*, eandemque, tempore circumvoluto, *Iesum nazarenum* edidisse p. 5. Futilitatem huius narrationis vt operose demonstremus, nemo, opinor, a nobis postulabit, committemus tantum hunc hominem cum alio

alio eiusdem fursuris nequam, qui librum sub eodem titulo confinxit, quem cel. WAGENSEILIVS. in *tela igneis satanae* dedit, quo adpareat, quam parum sibi mendaciorum architecti confent. Hic singit, Mariam, *Iochanan* desponsatam, a *Iosepho Pandera*, sponsum simulante, grauidam fuisse factam, quae post enixa fuerit puerulum, quem *Iesum* adpellauerit, p. 3. seqq. Ne quid dicam, quod prior tempore Herodis magni contigisse comminiceatur, id posterior in aetatem regis Hassiamonaei *Alexandri Iannaei* coniicit. Prior finxit, contigisse die expiationum sollemni, quo sic commisum crimen in maius tolleret, hoc ipso enim *animas suas affligere* debebant Leu. XVI. 29-31. XXIII. 27-32. Num. XXIX. 7. quam afflictionem inter alia Iudaci explicant de abstinentia ab omnibus, quae ad laetitiam & voluptatem, licitam etiam excitandam facere poterant, speciatim de abstinentia a legitima *coniuge*, IOMA c. I. §. 1. R. *Cbita* c. I. §. 1. cui BLASIVS V<sup>G</sup>GOLINI alia loca subiecit p. 160. 161. R. MAIMONIDES de solennit. expiat. c. I. §. 5. Alia praeterea causa communiscediae huius nequiae in die adeo sacro fuit, quoniam qui illo concipiebant liberi, & corpore infirmo morbisque obnoxio, & mente omnis generis virtutis deturpata, in lucem edi, sibi persuadebant: quod ipsum etiam de illis censebant, qui dum mater in impuritate esset, concipiebantur. Sed tota res in ignominiam innocentissimi solspitatoris nostri turpiter est confusa, quo tribulis suis, apertis mendacis, odium in Christum & sanctissimam ipsius religionem inspirarent. Nullum igitur inde argumentum pro causa nostra duci potest, cum & homines hi sint recentioris aetatis, & historia ex meritis consura sit fabulis. Aliud argumentum nobis subnascitur ex eo, quod de *Simone iusto*, gemarici doctores c. IV. cod. IOMA scriptum reliquerunt, quodque repetit SHERINGHAMIVS ad Ioma c. VI. §. 6. itemque OTTO histor. doctorum mischnic apud WOLFIVM biblioth. ebr. Vol. IV. p. 354. quamdui summo sacerdotio fuerit functus, hircum, ne ad dimidium quidem

dem praecipiti montis peruenisse, quin in frusta fuerit  
communitus, et lingulam coccineam, in peccatorum expiato-  
rum indicium, semper exalbuuisse. Non haec adducimus, ac  
si his fidem adhibeamus, nouimus, deum miraculorum non  
adeo prodigum esse, id etiam cognitum nobis est et perspe-  
ctum, deum sanctitatem hominis alicuius meri, sancti licet  
et iusti, in aliorum rationes non transcribere, ut illius cau-  
fa aliis, peccatorum cursum non abrumpentibus, illorum  
veniam indulgere velit. Merito igitur, quidquid Iudaei de  
hoc portento ingeminant, recutitorum fabulis adscribit cel.  
DEYLINGIVS obf. sacr. P. I. p. 98. 99. Verum nimium in mo-  
dum auxerint huius sanctitatem, res mirandas ipsi eiusdemque  
tempori temere adscriperint, id tamen inde in compendium no-  
strum trahere possumus: ipso pontificatum administrante, sa-  
cra piacularia publica quotannis renouata fuisse. Addimus,  
quod Iudaeorum traditionibus est vulgatum, 40. a. ante exci-  
diuum lingulam coccineam semper colorem suum seruasse, ut  
de R. Iochanan ben Saccai imminentis templi excidium fuerit  
auguratus, cuius verba ex hierosol. Ioma fol. 43. 3. in me-  
diump profert doctiss. OTTO lexic. rabbin. p. 393.

## §. X.

(3) Ex act. XXVII. 9. Satis argumentorum ex magistrorum *de rebus orientalibus* de-  
promsimus, dispiciamus iam, num etiam ex N. T. pro causa  
nostra quedam producere queamus. *leium* memoratur Act.  
XXVII. 9. quo de varia ariolationes in cumulum coniecit,  
easdemque examinavit WOLFIVS. Praetantissimi quique in-  
terpretes in hanc propendunt sententiam, ieinium solleme-  
die expiationis accurate obseruant, intelligendum esse. Il-  
lis, quos WOLFIVS, pro hac interpretatione stantes, nomi-  
nauit, addere possumus IO. IAC. HVLDRICVM not. ad hi-  
stor. Ieschuae nazareni p. 75. 76. LAKEMACHERVM obf.  
philol. P. I. p. 19. Ut autem notionis huius h. in l. vim re-  
ete capiamus ac illius certas habeamus rationes, duo in ante-  
cessum norabimus. (I) Lucam nominando *vifse* istius modi  
designa-

designare ieiunium, quod hoc nomine inter Iudeos, probabilius etiam gentiles, quibuscum illis commercium aliquod intercedebat, satis superque perspectum erat. Neque existimandum est, Lucam de alio, quam quidem iudaico, loqui ieiunio, quod etiam ipsi, licet gentilibus forte parentibus procreato, ignorum non fuit, et quia *μεσαῖν* absolute ponit, ieiunium intelligit, quod *κατὰ ἔξοχον* hoc nomine vulgo veniebat. Optime hoc perspexit SYRVS, qui reddit *dīem ieiunii iudaicorum*. Atque hoc in non aliud ieiunium quadrat, quam quod 10. mensis Tisri quoquis anno agebatur Leu. XVI. 29. XXIII. 27. Num. XXIX. 7, qua de causa etiam hoc absolute IOSEPHO et PHILONI *μεσαῖα*, et *μεσαῖα ἐγέρη*, de leptenario et festis p. 1174. 1194. talmudicis בְּשָׁנָה, quod §. 7. notauiimus, adpellatur, conf. praeterea B. THEOD. HASEVS bibl. brem. cl. I. fasc. I. p. 23. (II) Tale ieiunium intelligendum esse, quod incidet in istam anni tempestatem, qua ob crebriores ventos arque procellas nauigatio difficultior et molestior est facta. Evidem dicat aliquis, si per ieiunium hoc intelligendum ieiunium diei expiationis, qui in 10. mensis Tisri incidebat, hic autem nostro septembri responder, censi non potest, illo iamduum tempore nauigationem periculisam fuisse. Verum huic obiectioni occurrit Lucas, cauillando, διὰ τὸ καὶ τὴν μεσαῖαν ἀπεληλυθεναι, potuerunt igitur non dies aliquot, sed septimanæ a dicto ieiunii die elapsi fuisse, sieque tempus illud proprius accessisse, quo noctes longiores, et mare imperiosius eudere incipiebant. *Inde a die sexta Kalendarum luniarum usque ad aucturi ortum, id est, in diem octauam decimum kalendarum octobrium, ut secura nauigatio creditur* - ita post hoc tempus usque in tertium idus novembbris incerta nauigatio est, et differinimi proprior: propterea quia post idus septembbris oritur aucturus, vehementissimum sedis. Et octauo kalendas octobris aquinoctialis evenit acerba tempestas. Circa nonas vero octobris hoedi pluviales, quinto idus eiudem taurus. A novembri autem mense crebris tempestatibus nauigia conturbat vergilarum biemalis occasus. Ex die igitur tertio iduum novembbris

bris usque in diem sextum iduum martiarum maria clauduntur, VEGETIVS de re milit. L. V. c. 9. ad quem consuli meretur STEWECHIVS, conf. PITISCVS lex antiquit. T. II. p. 163. IAC. HASAEVS bibl. brem. cl. 1. fasc. 1. p. 26-30. Licer igitur illo tempore, quod a Luca indicari existimamus, mare nondum clausum esset, non tamen longe aberat ab illo articulo, quo *nauigatio incerta erat et discriminari propior*, quod ad prime conuenit illis diuini scriptoris *ōvros ἡδη ἐπαρθαλες τε πλοος*. Quodsi autem per νησιαν intelligendum illud adeo decantatum ieunium, quo Iudei sele die expiationum sollemni macerabant, hoc adhuc tempore festum illud in *vſu fuisse*, tuto adfirmari potest. Oportuit certe notionem hanc adhuc *vſu tritam fuisse*, oportuit illius potestatem et Iudeis et gentilibus perspectam fuisse. Fingamus contra, festum hoc sub templo II. a primis illius initis in tempus usque, quo Lucas scribebat, per aliquor saecula plane non celebratum fuisse, quis, quasco, vim vocis huius intelligere potuisset? probabile potius est, nomen festi cum ipso festo, tamdiu intermissio, dudum in exilium missum, et obliuioni datum fuisse. His addere possemus locum insignem Ebr. VII. 27. sed quoniam is longiorem disquisitionem flagitat, illum alii temporis reseruamus.

## §. XI.

*Quid depon-* Aliud argumentum pro celebratione diei festi huius & *tificeatu la-* quidem non longe ante πανολεθρων vrbis & templi nobis sub-*cobi censem-* ministeraret historia ecclesiastica, modo vadimonium pro illi-*dum sit, di-* us veritate praestare liceret. De *Iacobo*, fratre domini, co-*scepatur.* gnomento iusto, ex HEGESIPPO perhibet EVSEBIVS, H.E. L. II. c. 23. τετω μων ἔχην εἰς τα ἀγρα ἑστεναι. οὐδὲ γαρ ἔρευν *τόφος*, ἀλλα σιδόνας. καὶ μων ἔγραψεντο εἰς τον γαον. Eadem, & quidem cum additamento quodam repetit ABDIAS. EVSEBIVS tantum nominauerat σίδιον, ille adpellat sancta sanctorum. Verba ipsius haec sunt: *καὶ τικεβατ ingredi in sancta sanctorum.* Neque enim lance utebatur in vestimento, sed tantum fundone. Solus ingrediebatur templum, histor. apostol. L.V. apud FABRICIVM cod. apocr. N. T. T. II. p. 599-600. conf.

HIERO-

HIERONYMVS catal. script. eccles. c. II. p. 24. Idem specialius determinat EPIPHANIVS aduers. haeres L. III. T. II. p. 1045. cuius verba haec sunt: μονον τετω τω Ιακωβω ἐξην  
ἔσπειραν τε ἐτες ἐις τα ἀγια των ἀγιων. δια το Ναζαρετον αὐτον  
ἐνικα, καὶ μεμιχθει τη ιερωσυνη. Describit igitur ipsum non  
ut sacerdotem gregarium, sed pontificem maximum, quare  
etiam laminam auream eidem aptat: ετος ὁ Ιακωβος καὶ πετο.  
λοι ἐπι της κεφαλης ἑρδοπος. Omnium copiosius et dilucidius  
haec complectitur haeres. XXIX. L. I. Tom. II. ἐτι δε καὶ ιερο-  
πευσαντα αὐτον κατα την παλαιαν ιερωσυνη ἑνδομεν. διο καὶ  
ηφιετο αὐτω ἀπαξ τε ἐνικουτε ἐις τα ἀγια των ἀγιων ἔσπειρα,  
ώς τοις ἀρχιερευσιν ἐκέλευσεν ὁ νομός, κατα το γεγραψμένον.  
Ἐτω γαρ ἴσογησαν πολλοι προ ἡμαν περι αυτω, Eusebi<sup>ο</sup>. τε καὶ  
Κλημης, καὶ ὄλλοι. ἀλλα καὶ το πεταλον ἐπι της κεφαλης ἐξην  
αὐτω Φερεν. Quae relatio si vera esset, haberemus argumentum  
tum omni exceptione maius. Sed contra illam multa iamdum  
dubia mouit illuſtr. SCALIGER in chronol. Eusebii p.m. 177-  
179. Evidem DION. PETAVIVS, cui nihil placuit, quod  
a SCALIGERO profectum erat, eiusdem animaduersiones in-  
firmare est adnisus, in animadu. in Epiphanium p. 332. 333.  
Sed qui, que in medium attulit, peniculatus configet, fa-  
cili negotio deprehendet, ita comparata esse, ut Scaligeri sen-  
tentiam non euerant. Nos, in subsidium adsumitis animad-  
uersionibus scaligeranis, dubia nostra proferemus, simulque  
Petaui exceptions examini submittemus. Primum moner,  
Eusebium ex Hegeſippo tantum habere ἀγια, Epiphanium  
addidisse ἀγια ἀγιων, quod autem ipse non de sancto sancto-  
rum sed sancto, secunda parte templi vult intellectum. Hinc  
iudicat, quaedam illi addita, pleraque tamen vera esse, quare  
totam illam historiam damnandam non esse, cenſet. Verum  
enim vero fatis conſtar, Hegeſippum exiguae fidei hominem  
esse, vt hinc relationi ipsius, niſi consensu aliorum scripto-  
rum accedit, vel veriſimilitudo ex circumstantiis personarum,  
temporum et locorum faueat, non multum sit tribuendum.  
Si ingressus ille ἐις ἀγια respiciatur tamquam priuilegium soli

Iacobo proprium, certe vnicuique hunc conceptum suggeret, non nisi de ingressu in adyrum, et quidem die anniversario expiationis, sermonem esse, quandoquidem in *vix*, parte templi, quae **היכל** dicebatur, etiam gregariis sacerdotibus versari fuit integrum, in penetrale vero interius irrumperne nefas habebatur. Nec ratio adiecta suadere potest, ipsi integrum fuisse adyrum petere, quia lineis induitus fuerit vestibus, his enim etiam vi fuerunt sacerdotes gregarii. Porro probari nequit, Iacobum sacerdotali profenia profeminatum fuisse, & si quidem nascendi fors ius sacerdotio fungendi ipsi dedisset, num probabile est, Iudeos passos fuisse, ut ipse, haeresi christiana infectus, sacra Iudaica tractaret, multo minus ut sacratissimam functionem die adeo sollemni administraret. Voluisse hoc sanctimoniae Iacobi dare, ut ad sancta perueniret, quod PETAVIUS coniecat, est *απρόσδικον*. Virtus et sanctimonia quidem vi legis diuinae requirebatur, sed haec erat potius conditio, quae a sacerdotibus postulabatur, non autem in se spectata, ius ad dignitatem sacerdotalem largiebatur: natuuitatis fortuna, si reliquae conditions adfissent, viam sternebat, ut quis sacerdotium adpetere posset. Et certe aetate ista, quam Iacobus viuendo attigit, non tanta in virtutem existimatione dueabantur, ut illam cum neglectu legum auitarum adeo excellenti dignitate remuneratam voluerint. Quod de lamina aurea, a Iacobo gestata, addunt, id plane est ineptum, sacerdotes summi extra functiones suas sacerdotalibus vestibus non vtebantur, sed communibus fere incedebant. Quaedam etiam hic spectantia habet illustr. HEINECCIVS in elegantissima commentat. de *habitu et insignibus sacerdotibus apostolorum* c. V. p. 84. seqq.

## §. XII.

(III) Removetur obiectio, petitia ab absentiis sacerdotibus foede-

Ex his argumentis satis adparat, Molinæi sententiam lúbrico inniti fundamento, restar, ut (III.) rationem, quam eidem substernit, examinemus, *quotiam tunc nulla arca fuerit in sacrario*. Argumentum ita vir doctissimus. Dies expiacionis eum in finem célébrabatur, quo populus de peccatorum suorum

suorum expiatione certus redderetur, verum de eo persuasus *ris, conce-*  
*esse non poterat, nisi pontifex maximus cum sanguine iuueni* *dendo,*  
*& hirci penetrale interius ingredetur, eundemque versus ar-* *(α) illam in*  
*cam foederis spargeret, sive populi expiationem procuraret.* *templo se-*  
Sed a templo secundo arca foederis absuit, igitur adspersio san-*eundo non*  
guinis fieri non potuit, & per consequens festum expiationum  
non est celebratum. Evidem quamdiu tabernaculum stabat, sa-  
cerdos maximus sanguinem versus propitiatorium septies spar-  
gebat Leu. XVI. 14-15. IOSEPHVS A. I. L. III. c. X. nec dubium  
est, quin idem obtinuerit in templo Salomoneo. Sed vero ar-  
cam a templo secundo absuisse, constans Iudeorum est traditio,  
IOMA c. V. §. 2. adeoque illam inter defectus quinque templi  
ferubabelici referunt. Quae num in specu aliquo subterraneo fue-  
rit recondita, an templi incendio perierit, an in Babyloniam fue-  
rit deportata? disceptatur, quo de videri potest MAIMONIDES  
de aedif. templi c. III. §. I. LIGHTFOOTVS descript. templi c.  
XV. p. m. 589-590. opp. T. I. speciatim BLASIVS VGOLINI  
in adnot. ad R. Chiiæ addit. ad cod. de die expiat. p. 117-120.  
qui diuersas de occultatione arcae sententias colligit. Proximus  
hoc ad fidem accedit, templo a babylonis igne destructo ar-  
cam etiam foederis absuntam fuisse, quod, vbi aliorum hac  
de re sententias proposuisset & examinasset, adstruit CARP-  
ZOVIVS diff. de eo, quo arca foederis peruerterit p. 2-37.  
Verum enim vero si arca foederis igne conflagravit, nec re-  
stiruta est in templo secundo, quaeritur, num dies expiationis  
locum habere potuerit, cum sacratissima aëlio eiusdem diei  
fuerit illa, qua pontifex sanguinem versus arcae propiatorium  
sparxit? Hoc dubium tanti est visum erud. PRIDEAVX, vt  
adseuerare nullus sit veritus, in secundo templo aream eius-  
dem figuræ ac magnitudinis, cum illa in priori exstisse, ec-  
demque in loco positam fuisse, caussam hanc dans: quoniam  
absque illa id, quod maxime *effensuale* erat in festo expiationis,  
comparatio sc. summi pontificis coram arca locum habere  
non potuerit. Suspiciatur igitur, ipsam ad excidium usque  
templi superfuisse, indeque, vrbe per Titum capta & evanusta,

Romam

Roman in triumphum fuisse deportatam, quae licet in arcu triumphali hodie non conspicatur, concipi tamen non posse, qui lex, quae pariter eo deferebatur, absque theca sua, arca fuerit portata, *bistorie des Iuifs* T. I. p. 261-266. Viderur vir doctus legissimis vestigia gentilis sui, LIGHTFOOTI, qui ubi dixisset, veri simile esse admodum, arcam conflagrasse, in que templo secundo non fuisse, addit: *attamen babebant etiam ipsi arcam eo in loco (sancto sanctorum) quam fabricauerant, quem ad modum babebant pectorale iudiciti*, c. l. p. 590. Sed mirandum est, viros in magistrorum scriptis, & omni antiquitate iudaica versatissimos, in hanc ingredi potuisse sententiam, Iudeorum doctoribus ad unum omnibus testantibus, arcam foederis in secundo templo non fuisse: nec contrarium illius ex IOSEPHO demonstrari potest. In subsidium causae nostrae deuocare possumus verba hominis pagani, sed historici grauiissimi, TACITI, qui histor. L. V. c. IX. refert, *Pompeium*, urbe hierosolymitana domita, *templum ture victoriae fuisse ingressum. Inde vulgatum*, pergit, *nulla intus deum effigie vacuum sedem, & inania arcana*. Pompeium autem in ipsum penetrare templi interius, quod *sanctum sanctorum* dicitur, se immisisse, non obscurè innuit IOSEPHVS, cuius verba haec sunt, παρελθων γαρ την τοις περι αυτον ο πουπηνος έις τον ναον, ἐνθα μονος θευτον ήν, παρηνον τω αξιοπετει, τα ενδιον εδεσσατο κ. τ. λ. Si iam Pompeius, peruidendo templum, ad ipsum processit adytum, ac inde fama est vulgatum, illud deorum effigie esse vacuum, certe arca ab illo abfuit; si enim Pompeius, & qui cum ipso erant, illam vna cum cherubinis, alas expandentibus, suis tuiti essent oculis, illos certe pro deorum simulacris reputassent. Concedimus etiam, legem Roman delatam absque theca non fuisse, sed inde non sequitur fuisse arcam foederis. Vti libri sacri in peculiari arca, sive armario, posito prope arcam foederis, in templo priori adseruati fuerunt; ita probabile est, huius generis arcam librariam in posteriori templo parandam curauisse, quod ipsum etiam suo adsensu post alios comprobat MAIVS theolog.

theol proph. p. 12 - 13. Porro in cod. IOMA c. I. §. 1. dicitur  
 מהלך לשמיילו עם דפרוכת ער שהוא מנע לארון הניע  
 לארון נתן את המחתה בין שני הבדים  
 iuxta velum, usque dum perveniret ad arcam, ad arcam ubi venit,  
 acerram inter duos vestes depositus. Sed enim existimandum non  
 est, doctorum mischnicorum mentem hanc esse, ac si ponti-  
 fex vere ad arcam accesserit, intra vestes illius substiterit, &  
 acerram deposituerit, alias sibi contraria loquerentur: sed  
 hoc volunt, accessisse ad illum locum, in quo area olim  
 fuerit, & substituisse ibi, ubi vestes arcae olim prominebant.  
 Arcae foederis, Romam deportatae, nullum in arcu trium-  
 phali adparer vestigium, nec RELANDVS, qui de *spolis*  
*templi secundi* eruditus & accurate commentatus est, illius vil-  
 lam facit mentionem, cui iungi potest CARPZOVIVS cit. diff.  
 p. 15 - 18.

## §. XII.

Sed dicat aliquis, si certum est, arcam foederis a templo se- <sup>β)</sup> Demon-  
 cundo absuisse, difficultas de festo expiationis remanet. Ut prius fratetur, ab-  
 diffiteri non possumus, ita via tamen, qua difficultas euaneat, sentiam ar-  
 cae nobis pandit. Primum igitur notandum est, legem hanc esse *cac in causa*  
*positum*, quae in circumstantiis externis rationem habuit, *esse non po-*  
*quaque proinde, illis mutatis, plane tolli & abrogari, vel, tuisse,*  
*effensialibus manentibus, in quibusdam circumstantiis ob cer-* <sup>vt dies ex-</sup>  
*tas rationes mutationem pati potuit. Effensiale erat non tam *piationis ce-**  
*paratio P. M. coram arca, quam sparsio sanguinis versus *lebratus non**  
*illam: vt compareret, erat antecedens, vel conditio, quo sparsi-* <sup>fuerit.</sup>  
*onem peragere posset. Sparsio erat necessaria & effensialis,*  
*quoniam per illam expiationem populi typice procurabat,*  
*quae dum versus propitiatorium instituebatur, cui gloria*  
*dei in tabernaculo & templo primo insidebat, deus cense-*  
*batur sanguinem animantis bruti pro anima illorum, pro*  
*quibus ceremonia haec sacra suscipiebatur, accipere. Porro*  
 D ipi

ipſi illi, qui aream in ſecundo templo fuiffe contendunt, ſchechīna tamen deſtitutam fuiffe, non diſſentur: ſed huius ſedes erat arca, quea inde dicitur ſtabellum pedum ipſius, thren. II. 1. ipſe deus babiloſe ſuper cherubinos adiſtatur 2. Sam. VII. 2. 2. Reg. XIX. 15. qui ex arca prodeuntes alis ſuis ſolum quaſi conſtituebant, cui ſchechīna inſidebat, coll. Ps. LXXX. 2. XCIX. 1. Cum autem deus ob ſapientiſſimas rationes in templo ſecundo praefențiae ſuae ſymbolum exter-num conſtituere nolle, huius vero ſedes cherubinorum alae eſſent, abſente ſchechīna, etiam ipſa arca neceſſaria non erat. Nec tamen propterea dici poterit, actionem pontiſiſi maximi in expiationum die peragi non potuisse. Abſentiae ſchechīnae & arcae cauſa erat deus, ſed hic per viros diuinos cultum extermum iuxta legem Moſis reſtitutum voluit: igitur ex intentione dei abſentia arcae celebraſionem festi huius impide non potuit. Praeterea, ſi adiſperſionis actionem conſideramus, illa obtinere commode potuit, ſi vel ipſa arca non adefſet. De illa Leuit. XVI. 14-15. prae-cipitur, ſanguinem iuuenci, pariter atque hirci ſpargendū eſſe על פנֵי רכפָרָת et **לפְנֵי הַכְּפָרָה**, quea verba quoniam duplē ſenſu admittere poſſunt, vel, vt ſanguis ad ſuperiorem propitiatorii peruerenit, vel, vt *verſus propitiatoriorum* tantum fuerit directus, erudit in diuortia abeunt, quorum ali posteriore, priorem alii amplectuntur. Poſterior communi fere doctōrum iudaicorum conſenſione comprobatur, quare BARTENORIVS ad cod. Ioma c. V. §. 3. coomentatur, **הִרְיָה לֹא עַל הַכְּפָרָה גּוֹנְעִים אֲלֹא נַוְפְּלִים** nam (ſanguines) non propitiatoriorum attige-runt, ſed in terram reciderunt. Eandem oppido plures ex chriſtianis ſuam faciunt, quos nominat DEYLINGIUS obſ. facr. P. II. p. 191-193. it. p. 486. 487. quibus etiam ſe iſipum adiungit. Priorem tuerur doctiſi. IACOBS diſſert. de adiſperſionibus Ebraeorum p. 113-115. qui tamē demon-

demonstrationem suam his concludit verbis : *verum tam  
en cum recutiae gentis magistri mordicus aserto isti  
(quod sc. sanguis non attigerit propitiatorium) inhaereant,  
omnem hanc item ita dirimendam esse iudico: de iure qui-  
dem semper oportuisse sparsionem hanc versus propitiatorium  
dirigi, licet aliquando de facto non contigerit.* Nec il-  
li, qui posteriorem tuentur, inficias eunt, sanguini-  
mem aliquando propitiatorium contigisse. Hunc in finem  
DE YLINGIVS locum ex talmude babylonico, cod.  
IOMA c. V. f. 6o. producit, in quo tradunt, si  
quando euenerit, ut ex improviso propitiatorium  
sanguine fuerit tinetum, id tamen expiationem  
non impediuisse. Si igitur sparsio sanguinis non  
ipsum arcum foederis, & speciatim illius operculum at-  
tigit, etiam illa sine arca versus superiorem partem in-  
stitui potuit, & per consequens absolute necessaria non  
fuit, absentia arcæ foederis in caussa esse non potuit,  
ut celebratio festi expiationum intermitteretur. Ta-  
bernaculo & templo priori stante, pontifex maximus in-  
tra vestes arcæ deponebat acerram, odores suaves ex ac-  
censis aromatibus exhalantem, sed illa in posteriori de-  
ficiente, super lapidem foundationis, quem adpellant,  
thuribulum collocabat, IOMA c. V. §. 2. R. CHIA  
additam c. II. §. 23. Quo de lapide foundationis multa  
doctrina & sagacitate differit Vir eximus, THEO-  
DORVS HASAEVS, commentat de lapide fun-  
damenti c. I. §. 21 - 23. p. 27. 28.

His, quae ad argumentum nostrum spectant, disce-  
ptatis, ad id accedimus, quod nostræ scriptio*n*i  
occasionem suppeditauit. Vir plurimum reverendus ac  
doctissimus,

D 2

IOAN-

IOANNES SIMEON LINDINGER,  
S. Minist. Candidatus, & alumnorum in orphanotro-  
pheo Kornmesseriano nuper praefectus, ad munus Recto-  
ris, in Gymnasio nostro administrandum, concordibus  
venerandi Presbyterii suffragis electus, vocatus, aque  
supremo Senatu ecclesiastico confirmatus, prouinciam hanc  
suam oratione auspicali de EMOLVMENTIS E  
REBVS EXTERNIS IN EDVCATI-  
ONEM REDVNDANTIBVS, adire constituit.  
Habebit illam d. XVI. Iul. hor. X. matur. in gymnasii  
nostrri auditorio maiori, ad quam beneole audiendam  
et frequentes compareant, optimarum litterarum Fau-  
tores ac Mecaenates, cum primis Venerandi Presbyterii  
Adscitores, qua par est obseruantia, & humanitate  
rogiramus. P. P. Halae Magdeb. ad d. XI. Iul.  
An. MDCLLI.

---

ERRATA.

P. 4.l. 20. expromenus, leg. expromemus p. 6. §. 3.l. 7.  
concurisset, leg. concurrisset p. 8. §. 4.l. 29. p leg. v. p. 10.  
l. vlt. expto l. excepto, p. 24. historie, l. histoire.



AB: 155064 (1)




56.

VD18

R

VD17





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

Inches

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

8

7

6

5

4

3

2

1

0

1

2

3

4

5

6

7

8